

resignamus et dimittimus in manus venerabilis domini predicti Jo. abbatis et sui conuentus perpetuo possidenda Ne igitur super hoc facto in posterum dubitari contingat, presentem cartulam Sigillo nostre ciuitatis quia proprio  
 15 non vtimur sigillo rogauimus sigillari.

## Urf. 34.

Konrad von Dorstadt überträgt dem Kloster Marienrode eine Mühle und 4 Hufen zu „Beuelte“<sup>1)</sup>, welche Gilard von Brüggen, Bürger zu Hildesheim, von ihm zu Lehn getragen hat.  
 1. August 1266.

(Aus dem Copiar III. Nr. 214. — Vergl. Urk. 33.)

Conradus de dorstat omnibus hanc literam inspecturis. Notum esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris quod nos vnum Molendinum et quatuor mansos in Beuelte nostre proprietatis quos Eylardus de Brucgen ciuis hildensemensis de manu nostra iure tenuerat pheodali. ecclesie beate virginis in nouali sancte marie cum omnium heredum nostrorum consensu et voluntate vnanimi contulimus cum agris pratis pascuis aquis piscaturis siluis et omnibus eorum pertinencijs proprietatis titulo libertate perpetua  
 10 possidendos recipientes pro eo ab abbate et conuentu predictae ecclesie quindecim marcas examinati argenti. Ne uero dicta ecclesia in bonis premissis impedimentum aliquod a nostris heredibus uel a quocunque huiusmodi in posterum paciatur, presens scriptum inde confectum duobus  
 15 Sigillis nostro videlicet et domini Bernardi de indagine in huius rei argumentum duximus roborandum. Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LXVI<sup>o</sup>. kalendas augusti.

## Urf. 35.

Domkellner Heidenreich und der Probst Vulrad von St. Moris zu Hildesheim entscheiden als erkorne Schiedsrichter in der Streitsache des Klosters Marienrode eines- und andertheils des Priesters und der Einwohner zu Diekholzen über den Zehnten

1) S. Note 1 zur Urf. 33.

von 9 Hufen Landes zu Söhre zu Gunsten des Klosters, welches dafür eine Entschädigungssumme entrichten soll. Ums Jahr 1267<sup>1)</sup>.

H. dei gratia Cellerarius maioris ecclesie et V. prepositus ecclesie sancti Mauricii hildensemensis Judices a domino electo ecclesie hildensemensis delegati Omnibus has literas auditoris salutem in domino. Causa nuper exorta inter abbatem et conuentum Manasterii Noualis sancte Marie ordinis Cisterciensis ex una parte. et sacerdotem et ciues in dicholhusen ex altera parte super decima nouem mansorum in fodere Nobis fuit a domino nostro electo commissa secundum iusticiam terminanda. Tandem petitione abbatif et conuentus coram nobis in iudicio proposita et responsione sacerdotis et ciuium audita. questio predictae cause nobis mediantibus discretis etiam uiris et honestis adhibitif est de consensu et beneplacito expresso utriusque partis in hunc modum per arbitrium terminata. Monasterium noualis sancte Marie decimam  
 15 predictorum nouem mansorum cum omni iure pertinente ad eandem decimam iure perpetuo possidebit. Idem uero abbas pro se et conuentu suo dabit decem libras ad comparandos redditus sacerdoti qui in ecclesia holthusen actenus ministrabit. Cum uero predictus abbas alberto dicto de dammone et Johanni dicto peperscac Ciuibus hildensemensibus decem libras nomine ecclesie in dicholhusen persoluerint. Idem abbas et suus conuentus in nullo permanebunt obligati sacerdoti et ciuibus in dicholhusen sed ab eis penitus absoluti. Verum si abbas predictam pecuniam  
 20 ante pascha non persoluerit quamdiu in solutione predictae pecunie negligens fuerit in pascha. decem solidos et in festo sancti Michaelis decem solidos sacerdoti in dicholhusen annif singulis persoluet. donec tota pecunia prout premissum est ab eodem abbate fuerit persoluta. Ne igitur  
 25 super hiif contingat dubitari in posterum presens scriptum inde confectum sigillis nostrif duximus roborandum.

(Beide Siegel sehr verlegt.)

1) S. Urf. v. 25. Juli 1267.